UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

tis, & à ſolo ſeparatis, in quibus damnum, & periculũ abſq; culpa locatoris contingens de iure ad conductores ſpectare debet, vt dictum fuit: † & ſemper verba pacti, & contrahentium debent intelligi, ac interpretari etiam contra propriam vocabuli ſignificationem, ut ſecundùm legalem diſpoſitionẽ reſtringantur ita, quòd adaptentur, & conueniant naturæ ipſius cõtractus, ſuper quo verba fuerunt expreſſa. l.ſi ſtipulatus. in princ. & ibi doctor. ff. de vſur. l.ſi inſulam. ff. de præſcrip. verbis. l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Sa- lic. ff. loca. Sed de natura contractus locationis eſt, vt damnum in fructibus iam perceptis abſque culpa locatoris contingens ſit cõductoris, & in fructibus pendentibus, & nondum perceptis, vt quando eſſent ablati, & exportati à tertio, cui reſiſti non potuit, ſit locatoris. d.l.ſi fundus. cum ſim. ſupra alleg. ergo prædictum capitulum ita debet intelligi, atque reſtringi. Nec aduertatur, quòd illud ſic intellectum fruſtratoriũ eſſet, & parum, vel nihil ad fauorem conductorum operaretur, quod non eſt dicendum iuribus vulgaribus: quia reſpondetur, † tollerari potius, quòd parum, vel nihil operetur, quàm quòd contra naturam contractus intelligatur. d.l.ſi ſtipulatus. Præterea † primum pactum factum ad fauorẽ locatoris reſtringitur, ſeu reſtringi debet per ſecundum in fauorem conductoris factum, arg. tex. cum ibi not. & ibi Sali. in l.fi. in fi.
16 ff. de reſcind. venditio. Rurſus dico, † quòd intelligendo hoc pactum, vt ſolum quò ad fructus pendentes, & nondum perceptos operetur, multum ad fauorẽ cõductorum operatur, quia ſi illud factum non fuiſſet, conductores obligati fuiſſent ad integram affictus ſolutionem, etiam ſi damnum in fructibus pẽdentibus ex aliquo periculo, & caſu fortuito paſſi fuiſſent, quoniam cõductores omne periculum, & caſus fortuitos contingentes, & contingere ſolitos in ſe ſuſceperant, vt ex 7. cap. apparet. Vel ſaltem ex illo cap. maximum poterat dubium oriri, vtrum conductores damnum, & periculum, de quo in d. vlt. c. in ſe ſuſcepiſſe dicerentur, ſine quo vlt. cap. vnuſquiſque profectò dixiſſet, illos etiam ad hũc caſum, & ad hoc damnum fuiſſe obligatos propter generalitatem d. cap. 7. ad fauorem locatoris facti per ea, quæ habentur in d. l. ſi quis fundum. in princ. & per Salic. & alios in d. l. licet. Operabitur ergo hoc vltimum capitulum ad fauorem conductorum, quòd licet ipſi debuiſſent teneri generaliter de omnibus caſibus fortuitis, vt in d. 7. ca. habetur. tamen non tenentur in caſu, de quo in vlt. cap. quia illo eueniente, videlicet quòd ipſi fuerint turbati, quo minus potuerint vſufructuare, hoc eſt vti, frui rebus locatis, tunc Reuerendiſſimus locator obligauit ſe ipſis conductoribus pro illa parte, qua fuiſſent damnificati, remiſſionem facere. Et ita hoc vltimum capitulum intelligendo, profectò eius verba benè conueniunt, & adaptantur, nam in eo dicitur, *Se fuſſero turbati, che non poteſſero uſufruttuare*. & vſufructuare nihil aliud importat, niſi latinè loquendo illud idem, quod vti frui, vt de ſe patet.
17 Sed conductor, cui debet eſſe permiſſum de iure vti frui. l. ex conducto. in princ. & per totam legem, & in l. ſi fundus. cum ſim. ff. loca. dicitur vti frui, quam primum fructus percepit, illosq; à ſolo ſeparauit, quamuis tales fructus poſtea amiſiſſet, vel illi fuiſſent ab aliquo etiã iniuſtè exportati, & ablati, quod patet, quia locator, qui debet, & tenetur facere, vt licitũ ſit conductori vti, & frui, vt in d. l. ex conducto. non tenetur de caſu fortuito, nec de damno circa fructus iã perceptos contingente, vt dictum fuit, & eſt verum, ergo per ſolam perceptionem fructuum, & illorũ ſeparationem à ſolo conductor dicitur vti frui, & ſic vſu-
18 fructuare. † Et conſequenter locator, qui tenetur facere, quòd conductori licitum ſit vti frui, ſolum tenetur vſque ad perceptionem, & à ſolo ſeparationẽ fructuum incluſiuè, & non vltra: alioquin locator de iure diceretur teneri de caſu, & damno etiam circa fructus perceptos contingente, quod tamen eſt falſum, vt ſupra ſæpius dictum eſt: Conductor igitur, cui fructus à ſolo ſeparare, & percipere fuit permiſſum, non dicitur turbatus, quominus potuerit vti, & frui, & ſic vſufructuare, quamuis poſt perceptionem, & à ſolo ſeparationem illi poſtea fuerint ablati, & ui exportati à tertio, qui facto iniuſto, cui propter illius potentiam reſiſti non potuit, fuit vſus. Conſtat itaq; ex his illud vltimum capitulum non obſtare, quominus conductores ad ſolutionem affictus, & mercedis cõuentæ proportionabiliter ſolum pro rata fructuũ iam perceptorum, & à ſolo ſeparatorum, nõ autem ad valorem, nec æſtimationem eorundem teneantur, quia damnum contingens, vt ſupra, circa illos ex aliquo caſu fortuito, ſeu ex facto iniuſto tertij, quem locator, eiuſq; ſucceſſores non potuerunt, nec poſſent prohibere, ad ipſos cõductores ſpectare debet, & ſic in caſu noſtro ad dominum Scipionem, & ſer Franciſcum, qui de iure tenentur ipſi illuſtri Comiti ad ſolutionem affictus cõuenti proportionabiliter, & pro rata dictorum fructuum perceptorum, & à ſolo ſeparatorum, quia hoc eſt iuris indubitati, quod damnum, & periculum circa fructus rei locatæ perceptos, & à ſolo ſeparatos ad conductorem ſpectet, & ſpectare debeat, quando culpa ipſi locatori imputari non poteſt. Omnes ergo conductores bonorũ dicti epiſcopatus Mutinæ, hoc damnum, & periculũ pati debent per ea, quæ dicta ſunt, & per alia plura, quæ potuiſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omiſi. Et ita in præmiſſis dicendum, & Illuſtriſſimæ dominationis veſtræ referendum eſſe cenſui, ſaluo ſemper integerrimo iudicio eiuſdem, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Conductor ſi facto tertij iniuſto ſit impeditus, cui dominus reſiſtere non potuit, locator ad aliud plus non tenetur, quàm ad remiſſionem mercedis ſolutæ, vel ſoluendæ.*
Et ſolum pro rata temporis, quo fuit impeditus num. 9.
Et quando hoc verum ſit. num. 30. & 39.
Et quid illa verba ad aliud plus excludant num. 29.

2 *Locator, ſi conductori ob vim maiorem vti frui impedito, & propter hoc damnum paſſo, aliam remęquè commodam obtulit, liberatur, ut conductor & à contractu recedere, et aliquid aliud contra ipſum petere nequeat.*

3 *Vbertas præcedens, vel ſubſequens in locatione cum ſterilitate compenſatur, vt conductor ad ſoluendam integram penſionem anni ſterilis, & ad perſeuerandum in contractu teneatur.*
Et quando hoc uerum ſit num. 32. 33. & 34.

4 *Conductor, excepto tempore ſterilitatis, ſeu impedimenti, quo re vti, & frui non potuit, pro reliquo tempore etiam futuro ad integram penſionum præſtationem tenetur.*
Et quando hoc procedat num. 35.

5 *Locationis, & emptionis contractus æquiparãtur, ac fraternizãt.*
Differunt tamen quandoque, & in aliquibus num. 36.

6 *Emptionis contractus, ſi ante rem traditam ex poſtfacto res pro parte perierit, quoad aliam partem remanet, nec ab eo, alia parte inuita, recedi poteſt.*
Idem, ſi emptor propter aliquod impedimentum re vti non potuerit.
Et ad quid in his caſibus venditor teneatur.
Et an idem ſit in locationis contractu. & num. 36.

7 *Conductoris modica incommoditas non eſt in conſideratione, & ſi per modicum tempus etiam facto locatoris vti, & frui fuit impeditus, ad aliquam remiſſionem faciendam agere non poteſt.*

8 *Modicum tempus arbitrio iudicis dicitur ſecundum temporis qualitatem.*

10 *Cauſa, & impedimento, propter quod à contractu puta locationis recedere licitum eſſet, ceſſante, effectus quoque illius, vt à contractu amplius recedi nequeat, ceſſare debet.*
Et quando hoc verum ſit num. 40.
11 *Conductori vſu rei pro parte temporis tantum, & non pro toto tempore impedito fit remiſſio mercedis pro rata temporis.*
Et quando hoc procedat num. 39.
12 *Locator conductori de damno ab alio illato teneri non debet.*
13 *Conductor ſtatu rei locatæ etiam ab alio, quàm à domino alterato, & mutato, poſtquam is aliquo tempore fuit re vſus, poteſt etiam ante tempus locationis finitum à contractu recedere, & ſolum pro rata temporis, quo pacificè vſus fuit, ad ſoluendam penſionem tenetur.*
14 *Idem, quando vſus rei locatæ incommodatur, niſi modica eſſet incommoditas, vel conductor perſeueraſſet.*
15 *Conductor ſi facto alterius ſit re vti impeditus, an illi dominus reſiſtere potuerit, an non, refert, & ad quid vtroque caſu dominus teneatur, & à quibus, & an à contractu pro toto tempore conductor liberetur.*
16 *Locator quando, & quomodo offerendo patientiam conductori, qui re vti impeditus eſſet, moram purgare poſſit ad hoc, vt conductor in contractu perſeuerare teneatur.*
17 *De conductore, qui rem conductam ad præiudicium locatoris vellet deſerere, ad locatorem, cuius defectu conductor re vti impediretur, argumentum valet.*
18 *Conductor ſi ante tempus à re conducta receſſit, ad omnem penſionem totius temporis tenetur, & locatori à contractu recedere, & rem alteri locare licet.*
19 *Conductor re conducta vti impeditus poteſt à contractu recedere, & penſiones futuri temporis ſolutas repetere.*
20 *Contrahentes in dubio ſecundum ſolitum, & conſuetum inter ipſos ſeruari conueniſſe cenſentur.*
21 *Locatio ſequens facta eiſdem conductoribus, vel heredibus tacitè in dubio ſecundum naturam primę facta intelligitur.*
22 *Conductor non uſus re conducta eo modo, quo ex contractu tenebatur, propter metum pœnæ à ſuperiore comminatæ excuſatur, & non tenetur ad ſoluendum penſiones conuentas, immò ſolutas repetit.*
23 *Præceptum pœnale ſuperioris excuſat eum, qui tenetur facere, ſi non faciat.*
24 *Conductores ad longum tempus, vt ad annos viginti, emphyteotis æquiparantur.*
25 *Emphyteota, ſtatu rei emphyteoticæ, illiuſque vſu abſque ſua culpa mutato, & alterato, à totali penſionum præſtatione liberatur.*
26 *Idem & magis in conductore ad longum tempus.*
27 *Conductor, ſi res perierit, ad quid contra locatorem agat.*
28 *Conductor ſine iuſta cauſa à contractu, & re locata recedere nõ poteſt: ſecus ex iuſta cauſa.*
30 *Conductor poſt impedimentum in re conducta remanens, & illa ſimpliciter vtens cenſetur in contractu locationis perſeuerare, & ſolum ad mercedis remiſſionem agit.*
31 *Quid, ſi proteſtetur, ſe rei conductæ inſiſtere, quouſque de penſionibus iam ſolutis ſibi fuerit ſatisfactum.*
34 *Vbertas ſuppletiua, ſeu compenſatiua ſterilitatis in contractu locationis quæ ſit, & quando conſiderari poſſit.*
36 *Emptionis, & locationis contractus quoad periculum, impedimẽtum, & damnum poſt perfectum contractum contingens, & quoad illud, an ex his à contractu recedi liceat, differunt.*
37 *In contractibus innominatis perfecto contractu poteſt ex cauſa ab eo recedi.*
38 *Conductori impedito non vti re eo modo, quo debebat, ex quo damnum intollerabile fuit paſſus, non ſolum mercedis, ſed etiam temporis, pro quo res fuit conducta, remiſſio eſt facienda.*
41 *Cauſa finalis contractus ex præfatione illius colligitur.*
42 *Cauſa finali contractus ceſſante, contractus quoque ceſſare debet.*
43 *Conductor, qui ſoluit penſiones totius temporis, ſi propter impedimentum ſibi illatum, aut ex alia iuſta cauſa poſſit, & velit à contractu recedere, poteſt rei conductæ inſiſtere, quouſque de penſionibus ſolutis fuerit ſibi ſatisfactum.*
44 *Conductor impeditus vti, frui culpa, & facto locatoris non ſolum ad penſionum iam ſolutarum ſatisfactionem, ſed etiam* [...]
tereſſe lucri ceſſantis, & ad alia damna contra loca[...]
gere poteſt.
45 *Idẽ, ſi fuiſſet ĩpeditus facto tertij, quẽ locator prohibere*[...]
46 *Quid ſi locator ei ob illius potentiã, & uim reſiſtere* [...]
47 *Quid ſi locator id conductori non intimauerit.*

EPITOME.

Conductores, ſtatu, & vſu rei conducta[...]
& mutato, & in illo ĩpeditos, ac eius qua[...]
ne cum eorũ enormi damno ſpoliatos [...]
rioris, poſſe à ꝯctu locationis pro toto [...]
re recedere, & rei cõductæ inſiſtere, q[...]
anticipatis ſolutionibus, & damnis pa[...]
tisfiat; Nec locatores ex oblatione re[...]
vſus pro toto tẽpore impedimẽti ꝑ eos [...]
bus facta liberari à damnorũ ſatisfaction[...]
ctores in ꝯctu perſeuerare debere: Et qua[...]
ctores vellent in ꝯctu perſeuerare, eos po[...]
na, & intereſſe etiam lucri ceſſantis cõtra[...]
agere; Nec vbertatis temporis præteriti [...]
cum ſterilitate, & damno compenſandæ [...]
beri poſſe in caſu huius cõſilij, plenè demo[...]

CONSILIVM CXL.

IN cauſa conductorũ datij ſalis [...]
Bononię plura ſunt diſcutiẽda [...]
conductores, ꝙ ſua quaſi poſſe[...]
vſu ipſius datij ſpoliati fuerunt [...]
tu eiuſdẽ mutato, & alterato ꝑ annũ, & vi[...]
to ſanctiſſimi Dom. Papæ in vſu, & patiẽ[...]
tij cũ enormi, & graui ipſorũ dãno impedi[...]
teneantur toto tp̄e conuẽto in ipſo loca[...]
cũ iiſdem modis, & pactis perſiſtere, & co[...]
Secundũ, dato, ꝙ de cætero ꝯctui ſtare no[...]
vtrũ ipſis cõductoribus rei conductæ inſiſ[...]
quouſq; de anticipatis ſolutionibus dicta[...]
ctis, ac de damnis per eos paſſis fuerit ipſi[...]
ter ſatisfactũ, retinere liceat. Tertium, p[...]
abſque veri præiudicio, ꝙ in dicto locati[...]
perſeuerare teneantur, an ipſi contra came[...]
re poſſint ad damna, quæ ex tali impedime[...]
lentia interim paſſi fuerunt, & ad quæ dam[...]
ad intereſſe lucri ceſſantis. Quartum eſt [...]
camera ad reſarctionem damnorũ, & inte[...]
pra, teneretur, vtrũ ſit habenda ratio vbe[...]
crorũ annorũ præteritorũ, & futurorũ. Q[...]
vtrũ camera conductoribus impeditis [...]
tegrationẽ, ac vſum, & patientiã liberã d[...]
tantundem tẽpus, quantũ impediti fuerunt, [...]
poſſit ad effectũ, vt camera à damnorũ ſatiſ[...]
liberetur, & conductores ꝯctui vſque ad fi[...]
debeant. ¶ Quoad primũ, in quo tota vis cõ[...]
cludendũ eſſe videtur, ꝙ conductores imp[...]
prædicto nõ obſtãte, ꝯctui ſtare, ac in illo pe[...]
1 re teneantur, qm̃ † quando conductor imp[...]
cto tertij iniuſto, cui dominus reſiſtere no[...]
dominus non tenetur ad aliud plus, quàm [...]
ſionẽ mercedis ſolutę, vel ſoluendæ, l. ſi fu[...]
& l. ſi in lege. §. colonus. ff. locati. ergo co[...]
ꝯctu recedere nõ poterit, etiãſi remiſſio [...]
2 ¶ Secundo † licet vis maior conductori da[...]
non debeat, l. ſi merces. §. vis maior. l. ex co[...]
§. ſi vis. ff. locati. & l. licet. C. eodem. ſi tamẽ lo[...]
aliam rem æquè commodam obtulerit, libe[...]
nec conductor ad aliquid vlterius contra co[...]
re poterit dicta l. ex conducto. in principio [...]
rio cum textu in l. ſi quis domum. in princ[...]
cum in plures. in princ. ff. locati. Hæc igitur [...]
duos effectus operatur, primũ, vt locator à [...]
etiam per conductorem inchoato liberetur [...]

dũ, ut conductor à ɔ̃ctu recedere non poſſit. d.l. cũ in
plures. in prin. in fin. uerb. ¶Tertio † ſi poſtquã cõdu-
ctor ſterilitatem propter impedimentũ paſſus fuit, ſu
peruenerit ubertas, uel ante prædictũ impedimentũ
præceſſit, tunc conductor ad integrã penſionem il
lius anni locatori ſoluendam tenetur, quia ubertas
præcedens, uel ſubſequens cũ ſterilitate cõpenſatur.
l. ſi uno. in princ. ff. locati. l. licet. C. eod. & c. propter
ſterilitatem. extra eod. tit. ergo in caſu occurrenti im
pedimentum temporale non debet operari, ut cõdu
ctores à ɔ̃ctu recedere ualeant, ſed ſolum, ut cogno-
ſcatur, an remiſſio fieri debeat, attenta ubertate præ-
terita, & quæ ſubſequi poſſet, quia ubertas neceſſario
perſeuerantiam locationis uſque ad ultimum loca-
tionis diem, ſeu annum arguit. d.l. ſi uno. in princ. &
4 d.l. licet. ¶Quarto hæc opinio poteſt ſuaderi † ex tex.
in l. excepto. C. locati. ubi excepto, hoc eſt dempto tẽ
pore ſterilitatis, ſeu impedimenti, quo cõductor ré
uti nõ potuit, pro reliquo tpe etiam futuro, quo uſus
fuit, ad integram penſionum præſtationẽ tenetur: &
ſic caſus clarus ibi de hoc eſſe uidetur, ꝙ perſeuerare
teneantur. ¶Quinto † contractus locationis, & em-
ptionis æquiparãtur, ac fraternizant. l. 2. l. ſicut. l. ſi fun
dus. & l. item ſi pretio. in fi. cum ſequen. ff. locati. Sed
6 † ſi in ɔ̃ctu emptionis unius rei expoſtfacto ante rem
traditã res pro parte perierit, quoad aliam rei partẽ
remanet ɔ̃ctus, à quo una pars non põt, altera inuita,
recedere ut in l. domũ. ff. de cõtrahen. emp. & l. ſicut.
C. de actio. & oblig. itẽ ſi empta expoſtfacto ante rei
traditionem factã propter aliquod impedimentum
re uti nõ potuerit, propter hoc à cõtractu recedi nõ
poteſt, ſed remanet cõtractus, & uenditor ſolũ tenet̃
ad reſtitutionem pretij, ſeu ad illius liberationem.
Idem ergo in cõtractu locationis dicendũ eſt, ſtante
impedimẽto, propter qđ conductor re uti nõ potuit,
ut eſt tex. clarus in d.l. ſi fundus. qui in hoc cõtractum
emptionis, & locationis conuentionẽ æquiparat: &
hæc fuerunt motiua Romani in cõſi. 432. incip. om-
nipotentis dei &c. Quoad primũ &c. quibus uoluit cõ
tractum locationis in hoc caſu durare, q̃uis ipſe non
ita urgẽter argumẽtatus fuerit. ¶Sexto hæc pars cor
roborari poteſt ẽt ex tex. in l. ſed ſi addes. §. cũ quidã.
ff. locati. ubi ſi conductor propter caſum re conducta
7 uti nõ potuit, ad integram totius tpis mercedem te-
netur. ¶Septimo † qñ conductor per modicũ tẽpus
re uti fuit impeditus etiã facto locatoris, ſeu alterius,
quem prohibere potuit, nõ poteſt agere, ut aliqua ſi-
bi remiſſio fiat. l. habitatores. in prin. ff. locati. Minus
ergo à ɔ̃ctu recedere ſibi licitũ erit, quia modica cõ-
ductoris incommoditas nõ eſt in conſideratione. l. ſi
merces. §. uis maior. l. ſi in lege. §. colonus. ubi caſus
clarus. & l. ex conducto. §. idemq́. ff. loca. Sed in caſu
occurrenti conductores per modicum tempus re uti
impediti fuerũt, habito reſpectu ad tempus, quo ipſi
8 conduxerunt, qđ fuit, & eſt annorum uiginti, argumẽ
to eorũ, † quæ uoluit Bal. in l. inſulam. in 2. oppoſitio
ne. ff. de uerb. oblig. per l. cõtinuus. ff. eod. tit. & per gl.
in clem. 1. de rebus eccle. nõ alien. ubi modicum tem
9 pus dicitur arbitrio iudicis ſecundũ temporis qualita
tem, ergo &c. ¶Octauo poteſt induci † tex. in d.l. ſi
uno. §. ſi quicunque. iuncta d.l. ex cõducto. §. ſi ius. ubi ſi
cõductor ad tempus facto hominis iniuſto, cui dñs
reſiſtere nõ potuit, re locata uti fuit impeditus, cõdu
ctor contra locatorẽ ad intereſſe, & ad remiſſionem
totius temporis agere nõ poteſt, ſed ſolum pro rata
temporis, quo fuit impeditus, ut ibi, & argu. l. ſi quis
domum. §. 1. ff. locati. Pro reliquo ergo tempore con
tractui ſtare, & penſionem ſoluere tenebitur.
10 ¶Nono † ceſſante cauſa, & impedimẽto, propter qđ
conductori à contractu recedere licuiſſet, debet eſſe
ctus impedimẽti ceſſare, qa ceſſante cauſa debet ceſ-
ſare effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c.
cũ ceſſante. de appellat. Bal. ĩ l. generaliter. col. 4. uer.
reuoco. & in col. 5. uerſi. ex prædictis. C. de epiſco. &
cleri. Bar. in l. in omni. ff. de adoptio. & Abb. in c. & ſi
Chriſtus. de iureiur. Sed in caſu occurrẽti conducto-
res ab initio, & per annos decẽ & ultra re pacificè uſi
fuerunt, deinde per breue tẽpus impediti fuerunt, &
demum ceſſauit impedimentum, ergo ɔ̃ctui ſtare, &
in illo pro tpe ſequenti uſq; ad finem perſeuerare te-
11 nentur, † nam qñ conductori uſus rei nõ pro toto tẽ-
pore, ſed pro parte fuit impeditus, mercedis remiſſio
fit pro rata temporis. ut in l. ex conducto. §. item cum
quidam. & ibi Pau. de Caſt. ff. locati. l. qui inſulam. §.
qui ædilis. eod. tit. Bar. in d.l. ſi uno. §. cum quidã. Bal.
in conſ. 318. in 3. lib. & idẽ Bal. & alij in d.l. ſi fundus.
12 ¶Vltimo † locator non debet conductori teneri de
damno ab alio illato. l. ſed, & de damno. d.l. ſi fundus.
in fi. ff. locati. ergo in caſu noſtro dñi locantes teneri
non debent de facto, & damno illato à Papa, uel eius
auctoritate, & mandato, cui reſiſti non potuit.
¶His tñ omnibus præmiſſis, & multis aliis, quæ fortè
pro hac prima opinione poſſent adduci, non obſtan-
tibus, cõtrarium in caſu occurrẽti uerius de iure eſſe
uidetur, ꝙ ipſis conductoribus, rei ſtatu alterato, atq;
mutato, à contractu recedere licitum fuerit ex infra
13 dicendis; & primo † per tex. notabilem in l. ſi merces.
§. ſi uicino. ff. locati. ubi ſi poſt locationem factam, &
poſtquam cõductor per aliquod tempus re uſus fuit,
ſtatutus rei ab alio, quàm à domino fuerit alteratus,
atque mutatus, ut conductor deinceps ita commodè
re uti nequeat, licitum eſt conductori etiam ante tẽ-
pus locationis finitum à contractu recedere, & pro
rata temporis, quo pacificè uſus fuit, ſolum ad ſoluen
dum penſionem tenetur. Profectò ille tex. eſt clauis
14 in hac materia. & Pau. de Caſt. ibi dicit, † ꝙ quando
uſus rei locatæ incommodatur, licitum eſt conducto
ri à contractu recedere, & pro rata temporis tantum
ad penſionẽ tenetur, niſi modica eſſet incõmoditas.
l. habitatores. in prin. ff. eo. uel ſi eſſet magna, condu-
ctor perſeueraſſet nec receſſiſſet, quia tũc ad integrã
penſionẽ teneretur. l. qđ ſi domus. in prin. eod. tit. ſit
ergo cautus conductor, ut ſtatim recedat, uel prote-
ſtetur, arg. l. item quæritur. §. exercitu. ff. locati. Sed in
caſu noſtro magna fuit incommoditas, & læſio, ac ab
initio impedimenti conductores à contractu receſſe
runt, ueluti ex eorum proteſtationibus apparet, igi-
15 tur &c. ¶Secundo † multũ refert, an conductor re uti
fuerit impeditus facto alterius, cui dominus reſiſtere
potuit, an uerò facto eius, cui reſiſtere non potuit, pri
mo caſu conductor ab onere ſoluẽdi penſiones etiã
pro futuro tempore, & ſic à contractu liberatur, & do
minus illi ad damnum, & intereſſe ẽt lucri ceſſantis
tenetur. l. ſi in lege. §. colonus. uerſi. item utiliter. & l.
ſi fundus. ĩ uer. nã & ſi colonus tuus. ff. locati. Secũdo
caſu dñs ad intereſſe non tenetur, ſed conductor ab
onere ſoluendi penſiones pro toto tempore futuro,
& conſequenter ẽt ab ipſo cõtractu liberatur. d. §. co-
lonus. in 1. reſpon. ibi colonus ſi ei frui nõ liceat, to-
tius quinquennij noĩe ſtatim rectè aget, & ſi reliquis
annis dñs eum frui patiatur: hoc idem probatur in d.
l. ſi fundus. circa finẽ, ibi ſin uerò ab eo interpellabat̃,
quem tu prohibere propter uim maiorem, aut potẽ
tiam eius non potueris, nihil ei amplius, hoc eſt inter
eſſe, quàm mercedẽ remittere, uel reddere, ſolutã ui-
delicet, debebis, nõ aliter, quã ſi cõductor latronum
incurſu fuiſſet à re locata expulſus. ut ibi in l. ſequẽti.
& arg. d.l. ex conducto. §. ſi uis. & d.l. ſi merces. §. uis
maior. oportet. n. præſtari rem cõductori, ut illa frui
utiq; poſſit, alioquin omne dãnum ad dominũ perti-

nebit.d.l.ex cōducto.§. ſed ſi labes.cum uerſi.idemq́;
dicendum eſt. Sed in caſu occurrenti cōductores re
vti prohibiti fuerunt facto Papæ, cui locatores nō po
tuerunt reſiſtere, ergo licet ipſi ad intereſſe, & dam-
num lucri ceſſantis nō teneantur, tñ conductores ſal
tem à præſtatione penſionum etiam futuri temporis
16 liberati dicentur. ¶Et ſi † locatores moram purgare
uellent, quia patientiam conductoribus præſtare of-
ferrent, ac curare, & facere, ꝙ in futurum rebus loca-
tis liberè uti poſſent iuxta l.ſi quis domū.in prin. & d.
l.ſi in lege.§.colonus.ff.locati.dico hoc ipſis locatori
bus non prodeſſe, quia debuiſſent hoc facere incōti-
nenti, & re integra poſt illatum impedimentum à ſu-
periore, non autem expoſtfacto, & re non exiſtente
integra.ut in d.§.colonus. ibiq́; Pau.de Caſt. in uerſi.
ſi autem dominus offerat ſe velle deſiſtere ab impedi
mento, tūc diſtinguendum eſt, aut res nō eſt integra,
& non auditur, aut eſt integra, & ſi tranſiuit modicū
tempus, uel magnum, & tunc ēt non auditur, aut nō
trāſiuit modicum, nec magnū tempus, & auditur re
integra. Sed ī caſu noſtro nulla facta fuit oblatio, vel
ſaltē res deſiit eſſe integra, item lapſum nō fuit modi
cum tempus, immò tēpus unius anni, ergo poſtquā
ceſſauit impedimētum cōductores nec in locatione
perſeuerare, nec oblationi, ſeu purgationi moræ ipſo
rum locatorum ſtare tenentur. Res autem integra eſ
ſe in caſu noſtro dicitur deſiiſſe, quia cōductores gra
ui damno fuerūt affecti, quo durante res non dicitur
eſſe integra. Ad hoc ergo, ut per oblationem locato-
rum mora purgaretur, & res integra eſſe deſineret, re
quirebatur, ꝙ locatores ultra oblationem conducto
ribus factam de patiētia, & libero uſu rei obtuliſſent
ēt ſatisfactionem dānorum, & penſionum, ſeu pecu-
niarum ſolutarum pro rata temporis impedimenti,
alioquin res integra eſſe non deſiiſſet, ut habetur per
Paul.de Caſt.in d.§.colonus. circa fi.uerſ.dicitur autē
res &c. Diceretur ēt res non eſſe integra, poſtquam
iudicium ſuper tali re inchoatum fuiſſet, ad tradita
per eundem Paulum in d.§.colonus.uerſ.hoc uerum
per ea, quæ habentur.in l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.
At in caſu, de quo agitur, à locatoribus dicta oblatio
facta non fuit, & maximè in continēti, ac ante quàm
res ad iudicium deduceretur, & ipſi cōductores illis
proteſtati fuerunt, argum.d.l. item quæritur. §. exer-
17 citus, ergo &c. ¶Præterea & tertio † arguo de condu-
ctore, qui rē cōductam ad præiudiciū locatoris deſe-
rere uellet, ad locatorē, cuius defectu conductor uti
impediretur, qđ argumentum uidetur procedere, at
tenta eadē ratione, & æquitate, ut per gl.in d.l. ſi in le
ge.§. ſi domus.ac etiam quia correlatiuorum eadem
debet eſſe diſpoſitio, & natura.l. 1.& ibi Bar.C. de cu-
preſſis lib. 10.Bal. in l.3. in fi.C. de ſacroſ. eccleſ. & in
auth.ex cauſa verſi.concludo ergo. C. de liberis præ-
terit.in rub.C. de rebus credit.& l. ſi quis ſeruo. cum
18 gl.C.de furtis. Sed † conductor, qui ante tempus à re
migrauit, & receſſit, ad omnem totius temporis pen
ſionem tenetur, & propter hoc licitū eſt locatori in
totum à contractu recedere, & rē alteri locare.d.l. ſi
in lege.§.ſi domus.l.dominus. in fi. ff. locati. & ubiq́;
19 ſcribentes, ergo † ſimiliter dicēdū eſt in caſu, quo cō
ductor re uti non potuit, ut ſibi à cōtractu recedere
liceat, & penſiones futuri temporis ſolutas repetere:
quo argumēto utiť.gl. ī d.§.ſi domus.& Pau.de Caſt.
in d.§.colonus.& facit id, qđ not. gl. in d.l.ſi merces.
§.uis maior. ¶Conſiderandū eſt ēt, ꝙ iidem condu-
ctores tempore primæ cōductionis eiuſdē datij, cum
idem impedimentū eis ſuperueniſſet, quia de manda
to Papæ ſua quaſi poſſeſſione ſpoliati fuerunt, & ob
hoc cū alteratione & mutatione ſtatus, & uſus ipſius
rei, à contractu receſſerunt, & in illo perſeuerare vel-
le denegauerunt, & ab agētibus cameræ tolle-
runt, quinimmò ipſis tūc pro damnis, & re
rundē decem millia ſoluta fuerunt. Et cum
immò maior pro cōductoribus ratio adſit
20 non dicamus? qa † ſecundū id, qđ inter ipſos
te ſeruari eſt ſolitum, & cōſuetum, in dubio
conuentum, attēto maximè, ꝙ de dicto re
ſtauro in hoc ultimo nouæ cōductionis
mentio facta fuit.arg.l.qđ ſi nolit.§. qui a
ædil.edic.l.licet.cū ibi not.per Bal.in fi.
21 & optimè † colligiť ex verbis Bar.in l.ſi
circa fi.ibiq́; Alex.in antepen. col.uerſi.
ff.de verb.obl.ubi in dubio ſequēs loca
conductoribus, uel eorū hæredibus int
tè facta & cōceſſa ſecundū naturam prim
facit. tex. in c. 1. de uaſal. decrepi. æta. ub
feudiſtæ.Bal.in l. 1.in q.15.ff.de rerum diu
ca col. antepen.C. quando non peten. par
an agna. uel fil. in col. antepen. Imol. in c.
feudis.d.l.licet.l.ſemper in ſtipulationibus
ff.de regu.iur.Bal.in l.fi.col.3.C. de ſucceſſ
in l. 1.in 2.q.C.pro ſocio.& Bart.in l.nemo
22 ſciat.ff. de duobus reis. cum ſimil. ¶Præterea
ductor, qui re conducta non fuit uſus eo mo
ex ꝯctu tenebatur, propter metum pœnæ à
comminatæ excuſatur, & ad ſoluendū me
pēſiones conuētas nō tenetur, immò ſolut
ut uoluit Bal. in conſ.360. lib.5. uiſo inſtru
23 quia † præceptū pœnale ſuperioris excuſan
tenetur facere, ſi nō facit l.2.§.ſimili modo
cautio.& ibi ſcribē.Alex.in l.iuſtè poſſidet.ff.
